



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 29. Bellum Gildonis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

nus a multitudine patratum sit, & sal-
tem aliquorum nomina cognita sint, qui A. C. 398.
complices prodant. *Provinciae Rector*
pæna sanguinis, in eos, qui convicti fue-
runt, animadvertet, nec exspectabit, do-
nec eos accuset Episcopus, cui Ministerii
sanctitas solam reis ignoscendi gloriam ve-
linquit. Sunt hæc propria legis ver-
ba. (*). Laude etiam dignum judicabi-
tur, non licitum solum, quiscunque vo-
luerit atroces injurias Presbyteris, aut
Ministris illatas, velut crimina publica
judicio persequi. Si multitudo rebellis
armis, & locorum opportunitate se tuea-
tur, ita ut a ministris comprehendi ne-
queant, Provinciarum Rectores in Afri-
ca auxilium petent a Comite, cui mili-
tum manus subsunt.

§. XXIX.

Bellum Gildonis.

Quod in dicta lege Africa nominetur,
inde cognoscimus, eam specialius
pro Africa fuisse conditam, nec abs re
creditur, hujus legis ferendæ causam de-
disse Donatistas, qui ad arma prorupe-
rant, atque hoc anno 398. occasione tu-
multus bellici, a Gildone excitati, licen-
tius furebant. Nubel, inter Africæ Re-

G 4

gulos

(*) Semper Ecclesia gladio spirituali, Respu-
blica vero materiali usa est.

Sæculum IV. gulos potens, cum decederet, inter alios
A. C. 398. filios tres reliquerat, quorum nomina

Amm. Marc. XXIX. n. 5. Firmus, Gildon, & Mascezelius, sub Romanorum Tutela viventes. Firmum, sub Valentiniano I. rebellem, Theodosius, Imperatoris Parens, oppresserat. Gildoni, qui in officio remanserat, Theodosius, jam Imperator, Comitatus Dignitatem, & militare in Africa imperium contulit, at, defuncto Theodosio, ipse

Orof. l. VII. c. 36. Marcel. Chr. an. 398. quoque fidem fregit. Mascezelius, per fidi frater, ab eo fugiens, in Italiam rediit, relictis in Africa duobus filiis, quos

Gildonis Patruis sævitia sustulit. Ipse in Africam reverti jubetur, bellum fratri illaturus; in itinere ad Insulam Caprariam appulsus, non nullos Monachos secum abvexit, rogatos, ut suis ad Cœlum precibus eum adjuvarent. Hi Monachi Eustasius, & Andreas, de quibus S. Augustinus loquitur, fuisse creduntur, eorumque profectionem ipsi occasionem præbuisse, ut ad Abbatem eorum, & Monachos scriberet. In hac Epistola S. Augustinus eos hortatur, ne quietis propriæ amore operam suam Ecclesiæ, si ea indigeat, subtrahant. Mascezelius cum his Monachis in Africam delatus, in eorum societate dies, noctesque orans, & jejunans agebat, quanta vis spiritualibus ejusmodi armis inesset, sub Theodosio expertus. Quinque militum millia numeram-

Aug. ep. 48. alii 81.

merabat, quibuscum septuaginta hostium millibus occurrendum erat, jamque spes

Sæculum IV.
A. C. 398.

nulla fulgebat, ut vel se, vel exercitum salvaret; hinc relictis castris per angustos calles fugam cogitabat. Illa nocte

S. Ambrosius de salute anxio apparuit, *Paul. vit.*
atque ter baculo terram percutiens, ait: *Ambr. n. 51.*

Hic, hic, hic; intellexit, victoriam sibi promitti a Sancto post triduum in hoc loco reportandam. Perstitit ergo, & die tertia, nocte in oratione transacta, hostibus, se circumdantibus, obviam processit. Primis cohortibus irruentibus pacis condiciones obtulit, sed cum videret unum vexilligerum ad nomen pacis irritari, & comilitones ad pugnam excitare, ejusdem brachium gladio verberat, coegitque, vexillum, quod tenebat, demittere. Qui in ordinibus remotioribus stabant, rati primos deditionem fecisse, certatim accurrunt, ut se Mascezelio submitterent; Barbari quoque, maximo numero Gildonem secuti, ubi se a militibus, bello exercitatis, destitutos conspexere, in diversa dilapsi sunt. Ipse Gildo in fugam conversus, cum navem conscendisset, in Africam reductus est, atque paucos post dies sibi ipsi laqueo gulam fregit. Hoc bellum tribus primis mensibus anni 398. confectum. Gildo in gentilitate permanerat, at uxor ejus Christiana erat, & magnæ probitatis fœ-

G 5

mina,

Sæculum IV. mina. Gildoni soror erat, quæ Deo Vir-
 A. C. 398. ginitatem suam consecravit. Filiam ejus
Pagi. ann. Salvinam, Nebridio Imperatricis nepoti
 398. n. 7. 8. in matrimonium datam, fuisse piissimam,
 9. &c. apparet ex S. Hieronymi epistola, ad eam
Hier. ep. 9. scripta, ut doceret, quænam vitæ ratio
 viduam deceat.

Donatistæ, opportunitate temporum
Aug. 1. usi, inter bellicos tumultus impuniores
contr. Gaud. grassabantur. Optatus Episcopus Tha-
 c. 38. n. 51. magudanus, Provinciæ Carthagenensis,
 cæteris ferocior, Gildonis factionem tam
 pertinaciter sequebatur, ut vulgo Opta-
II. Contr. ep. tus Gildonensis diceretur. Iter faciebat
Parm. c. 2. stipatus cohorte militum, quibuscum per
 n. 4. c. 4. n. 8. totam Africam annis decem innumera
 commisit scelera. Opprimebat viduas,
 orphanos spoliabat, separavit conjuges,
 raptam innocentum bona vendidit. Bel-
 lum terra, marique Ecclesiæ Catholicæ

III. cont. infestissime intulit, atque adeo ipsis Do-
Cresc. c. 70. natistis terrori factus est, ut Multitenses,
 14. & Assurienses Episcopos suos Felicianum,
 & Prætextatum coegerint, relicto Maxi-
 miani schismate, ad Communionem Pri-
ep. 5. 3. al. miani redire; atque apud Primianistas
 16. n. 3. effecerunt, ut reciperentur, quamvis in
 Concilio eorum Bagajensi nominatim es-
 sent damnati. Tandem Optatus, cum
 Gildone de Rebellionis societate accusa-
 tus, hoc anno 398. in carcere vitam fi-
 nit, & nihilominus nunquam Donatistæ
 ab

ab ejus communione deſc verunt, ſem-
per eum ut Episcopum venerati ſunt, &
poſt mortem Martyrem appellarunt.

§. XXX.

*S. Auguſtini cum Glorio &c. Collo-
quium.*

Sanctus Auguſtinus adlaborare non ceſ-
ſabat, ut Donatiſtas ad ſinum Eccle-
ſiæ reduceret, nec malum putabat cum iis
conferre, aut epistolae dare, non quidem
epistolae Communionis, quas ipſi non ac-
ceptaſſent, ſed vulgares, quales ad Gen-
tiles dari poterant, & omiſſo Episcopi no-
mine. Quadam die cum eſſet Tuburſæ
cum Glorio, Eleuſio, & quibusdam aliis
Donatiſtis, atque de eorum ad Eccleſiam
reditu tractaret, ipſi acta produxere, in
quibus legebatur, Cæcilianum Episco-
pum Carthaginenſem cum ſuis ordinato-
ribus a ſeptuaginta ferme Episcopis fuiſſe
damnatum, cauſa autem Felicis Aptun-
gitani invidioſe narrabatur. His perle-
ctis S. Auguſtinus dixit: *Nos quoque ha-*
bemus acta Eccleſiaſtica, in quibus Secun-
dus Tigiltanus, tunc Numidiæ Primas,
Deo judicandos reliquit Episcopos, qui ſe
Traditores conſitebantur, quorum Nomi-
na inter Judices Cæciliani inveniuntur, at-
que in eorum capite Secundus legitur. Dein-
de narravit, poſt ordinationem ſchisma-
ticam Majorini, Donatiſtas ab Imperatore
Conſtan-

Sæculum IV.
A. C. 398.

II. Cont. litt.
Petil. c. 23.
c. 93. n. 209.
n. 83. ep. 76.
al. 2. n. 3.

Ep. 43. al.
162. n. 1. c. 2.
n. 3.

Sup. l. IX.
§. 13.

Sup. l. IX.
§. 13.